

a

## PRÆFATIO EDITORUM.

*clotur*

JAM DUDUM ab omnibus medicis suo pretio  
æstimata sunt A. C. Celsi opera; quæ, quanti  
sint nominis ex eo facilè patet, quod plurimis  
hactenùs editionib[us] typis mandata sint. Ita-  
que in nostro auctore sermonis elegantiam,  
doctrinæ varietatem simul et hippocraticam  
præceptorum prudentiam, laudare superva-  
caneum est, sed de hâc quam lectori offeri-  
mus editione breve aliquid monendum.

Insudaverunt primi editores et præsertim  
Leon. Targa, ut manuscriptorum codicum,  
editionumque variarum sedulâ et indefessâ  
collatione, nobis mandarent accuratissimè  
emendatum opus: his tamen laboribus quam-  
libet immensis aliquid addere licuit, constan-  
temque dedimus operam, ut hancce nostram,  
plerisque potiorem, optimis æquam, editio-  
nem præstaremus.

Quod ad propria auctoris vocabula spectat,  
Targam ut potè emendatissimum ferè sem-  
per secuti sumus, sed in interpunctione

## 6 PRAEFATIO EDITORUM.

doctoris Pariset editionem anteponere consultius visum est : hunc autem imitandum minimè censuimus, cùm verba non solum mutare, addere, subtrahere, sed integros etiam paragraphos transponere, editori fas esse non dubitavit.

In numerosa capita et sectiones opus dispertere, et singulo libro argumentum, sicut in quibusdam editionibus præfigere, in hâc nequaquam utile fuit, cùm in fine index reperiatur ex ordiné litterarum quam latissimè explicitus.